Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



et regnauit asaradon filius eo

a In diebus illis: XX egrotauit ezechias usq; ad mortem: et venit ad eum ysaias filius amos pheta: dixitq; ei: hec dicit dns deus preceptor domui tue: quoniam morieris tu: et non viues. Cum conuertisset faciem suam ad parietem: et adorauit dnm dicens. Obsecro dne memento quesso quomodo ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto: et quod placitum est coram te fecerim. Fleuit itaq; ezechias fletu magno et dum

b ysaias egrederetur media parte atrij factus est sermo dni ad eum dicens. Reuertere et dic ezechie dux populi mei. hec dicit dns deus dauid patris tui audiui orationem tuam. vidi lacrimas tuas: ecce sanauit te. Die tertia ascendes templum dni: et addam diebus tuis quindecim annos. Sed et de manu regis assyrorum liberabo te et ciuitatem hanc. et protegam urbem istam propter me et propter dauid seruum meum. Dixitq; ysaias

c affere massam ficorum. Cumq; attulisset et posuisset super vlcus eius curatus est. Dixerat autem ezechias ad ysaiam. Quod erit signum quia dns me sanabit: et quia ascendam tertia die domum dni. Cui ait ysaias. hoc erit signum a dno quod faciet dns sermonem quem locutus est. Vis ut ascendat umbra decem lineas: aut ut redeat retrorsum totidem gradibus. Et ait ezechias. Facile est umbram crescere decem lineas. Nec hoc volo ut fiat

d sed ut reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaq; ysaias pheta dnm: et reduxit umbram per lineas quibus iam descenderat in horologio achas retrorsum decem gradibus. In illo tempore misit merodach baladan filius baladan rex babilonorum litteras et munera ad ezechiam. audierat enim quod egrotasset ezechias. Le-

e tatus est autem in aduentu eorum ezechias: et ostendit eis domum aromatum. et aurum et argentum et pigmenta varia: vngentum quoq; et domum vasorum suorum et omnia que ibi poterat in thesauris suis. Non fuit quod non monstrasset eis ezechias in domo sua. et in omni potestate sua venit ad ysaiam pheta ad regem ezechiam. Dixitq; ei ecce dixerunt viri isti: aut vnde venerunt ad te. Cui ait ezechias. De terra longinqua venerunt ad me: de babilone. At

f ille iterum dixit. Quid viderunt in domo tua. Ait ezechias. Omnia quecumq; sunt in domo mea viderunt. Nichil est enim quod non monstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaq; ysaias ezechie. audi sermonem dni ecce dies venient: et auferentur omnia que sunt in domo tua. et que condiderunt patres tui usq; in hanc diem in babilonem. non remanebit quicquam ait dns. Sed et

g de filijs tuis qui egredientur de te quos generabis tollent: et erunt eunuchi in palatio regis babilonis. Dixit ezechias ad ysaiam. Bonus sermo dni quem locutus est. Sit tamen pax et veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum ezechie et omnis fortitudo eius et